6 sit a dei populo. Utique recedentes quique ad diaboli pertinent corpus. qui ab idolatria ad iudais-
mum vel heresim transeunt iuxta prophetam de malo ad malum labuntur. et dominum non
cognouerunt quoniam de infidelitatis errore in errorem alium transierunt. Cuius doctrinam
quisque sequitur huius et filius nuncupatur. Sic et propheta amorreum patrem et cetheam
filius. matrem. ee. israeli dixit. Non utique nascendo. sed mutando. Sic et in meliorem par-
tem filii dei nuncupantur. qui precepta dei custodiunt. Unde et nos non natura. sed ad optio-
ne clamamus deo dicentes. pater noster qui es in celis. Non solum tamen natiuitate
sed et imitatione filios posse alicuius uocari. Nam iudei secundum carnem filii abrahe
secundum conuersationem. filii diaboli nuncupantur. ac per hoc illis semen abrahe. qui eius
imitantur fidem. non qui ex eius generati sunt carne. De errore auctoris trahitur a quibusdam
et nomen et culpa. ut ipsius uocabulo censeatur cuius errorem et sequitur. Sic ecclesie pergami.
et thiatire in apocalipsi dicitur. habetis tenentes doctrinam balaam. et iezabel. Doctri-
nam quoque balaam et iezabel dicit habere propter imitationem. non propter presenciam vel corporalem.

De gentibus.

18 philosophi. Philosophi gentilium non sic oportet deum querentes in angelos inciderunt pre-
uaricatores. factique sunt illis mediator diabolus ad mortem. sic nobis christus
ad uitam. Multum mundi philosophi predicantur in dimensione tempor(um)
cursuque siderum. ac discussione elementorum. et tamen non habuerunt a deo. Volando
[...] superbe ut aues aerem. et emergentes in profundum ut pisces mare. et ut pecora
gradientes terram descripserunt. Verumtamen tota mente auctorem eorum in-
[...] noluerunt. Quare non possunt animalia bruta interrogare. quae nesciunt racio-
[...] non dissimiles gentiles homines animalibus extiterunt. quia talia non
Via christus. co[...] et in ipsa amplius diligentes usque ad eorum cultum euanuerunt. Via christus est.
si quis in ea non graditur non est quomodo ueniat ad deum. Philosophi autem mundi utique
deum cognouerunt. sed quia displicuit illis humilitas christi. in inuio transierunt et non in uia.
Ideoque euanescentes gloriam dei in mendacio mutauerunt. et rectitudinem uie relin-
. quid dicitur [...] cere. quentes in anfractus inciderunt errorum. Proprium unicuique est scire quod appetat secundum
non est ut id quod appetit apprehendat. Imperfecta quippe sapiencia est quo tendas scire
et nescire iter per quod expediat ire. Quid enim prodest. si quis fauuis tpr. ubertatis regio-
nem uideat. et uiam per quam ad illam pergat ignorat. Sic et patriam quisque querit. sed uiam
perdidit errando graditur non proficiendo. Quanto quoque plus ambulat tanto ma-